AUGUSTINUS HIPPONENSIS. HUGO DE SANCTO VICTORE. LIBER ANNIVERSARIORUM NEOCELLENSIS. NECROLOGIUM NEOCELLENSE

Neustift (?), 1459-1521 Seite 116v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35426
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



F. kalend' Candidi martiris / ipso die scte natalie uxoris adriani martiris / Apud ciuitate Magonciam natale scti albani martiris / Rome natale sanctorum dioderi et mariani diaconi cum aliis pluribus / q a Numeriano imperatore martirij gliam perceperunt /

G. iiii. non Rome passio scte iuuiane martiris / q iubente iuliano imperatore sacrilego / tam diu plumbatis cesa e donec spiritu redderet / Item natale sancti Geri et securi fratrum / qui apud affricam martirio coronati sunt.

A. iii. non Rome sctorum martirum Claudij tribuni et uxoris eius hylarie / ac filiorum eius iasonis et mauri / cum septuaginta militibus ex quibus claudium iussit numerianus imperator cum ingenti saxo alligatum in medio mari precipitari / milites et filios ipsius claudij / capitali sentencia puniri.

G. ii. non In tuscia passio sancte Barbare uirginis / hec filia erat didascori gentilis et satrape / et cum adorare ydola nollet sub imperatore maximiano post diram carceris maceracionem / vestium expoliacionem / neruorum cesionem ac lampadarum adustionem / mamillarum precisione / atque tormentorum cruciacionem / ad extremum a patre eius decollata / martirium consumauit / Et corpus eius a valentino presbitero sepelitur / Patrem uero scelestem domum redire volente ignis de celo et fulgur consumpsit / ita ut nec uestigium remaneret.